



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. XCI. Deo Lavdes Cantans Angelorum imitator.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

PIA CANTATIO IN PROBITA-
tem inflammatio.

§. OCTava vtilitas. Pius cantus animos ad virtutis studium excitat & accendit, siue vt loquitur S. Iustinus, mentes ad fructificationem diuinorum bonorum rigat, & B. Isid. inertes exuscitat, ac S. August. epistola 119. cap. 18. Hymni & psalmi cantati, vtilis sunt ad pie mouendum animum, & accendendum diuinae lectionis affectum. Psalmus, inquit, S. Basil. amicitia est conciliator, vnio disidentium, pacis inter hostes constabilienda sequester est Psalmus. Quis enim inimicum eum deinceps censere possit, quo cum vel vnica ad Deum vocem semel emisit? Itaq; quod in bonis numeratur

Cantu cari-
tas concilia-
tur.

praeſtantissimum, id psalmodia suppeditat, nempe cantantem, qua quasi nodus quidam coniungendis & in vnum astringendis omnibus concordem hanc vocum excogitauit harmoniam, ad consonum chori vnus concentum populum coaptans.

§. Nemo non nostrum sapius expertus est mirificos virtutis stimulos sibi cantu admotos fuisse: siquidem semper & vbique diuinis affectibus plenissimus est, siue in Aduentu, & Natali Domini, siue in Quadragesima, Passione, Resurrectione, Ascensione Domini, siue in Pentecoste, SS. Trinitatis, ac sanctiss. Sacramenti & aliis temporibus, ac sacris festisq; diebus, ex quibus exempla mutuari & proferre promptum est, ac proclue.

DEO LAUDES CANTANS
Angelorum imitator.

§. NONa vtilitas, quod sit beatarum mentium semper laudes Deo canentium imitatio, & institutio

stitutio ac ejus rei disciplina, quam perpetuo sumus tractaturi in caelis. Hinc S. Isid. loco haecenus citato, id est, lib. 3. sententiarum suae de summo bono cap. 7. Oratio, inquit, in praesenti tantum vita, pro remedio peccatorum effunditur: Psalmorum autem declaratio perpetuam Dei laudem demonstrat, in gloriam sempiternam, sicut scriptum est Psal. 133. 5. Beati qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. Cuius operis ministerium, quicumque fide- liter intuetur, mente exequitur, quodammodo Angelis sociatur. S. Basil. proemio in Psalmos crebrius memorato. Psalmus, ait, opus est Angelorum, caelestis illius Reipublicae, in commune proposita functio, spirituale thymiana.

C A P. XCII.

VOCE PARITER, ET MENTE
Deo cantandum.

¶ Cum igitur diuino officio cātus adhibetur, Re-
gii vatis meminerint admonentis. Psalm. 46. v.
8. Quoniam Rex omnis terrae Deus, psallite sapienter, hoc est,
attentē & consideratē, ne quis error committatur, &
intelligenter, ut ex mysteriorum cognitione mens in
Deum assurgat.

¶ Et Apostoli recordentur Ephes. 5. v. 19. Cantantes
& psallentes in cordibus vestris Domino. Vbi S. Chrys. hom. 19.
in epist. ad Eph. Quid est, quod dicit in cordibus vestris Domino?
Hoc scilicet cum intellectu attendentes. Qui enim non atten-
dunt temere psallunt, verba duntaxat proferentes, corde interea
alibi oberrante. Coll. 3. ver. 16. Docentes & commonentes vos-
metipsos Psalmis, hymnis canticis & spiritualibus, in gratia can-
tantes in cordibus vestris Deo. In quam etiam epistolam hom.

¶ B. Ioannes Chrys. Ex gratia, inquit, Spiritus sancti ca-
ntantes in cordibus vestris. Non simpliciter ore, sed cum attenti-
tate canit. Aerem ferit, rate canit.
¶ Hoc enim demum est Deo canere: illud verò aeri. Vox quae sine pro-
nantiā

P

namq.